cuirem locum scriptis familiaribus non dedisse sed idem
factus erit cum praecedenti tempore. Conloquia culmen
uestrum crebra praestabat. Nec ita aulicis deputatus
praemebatur excubiis ut promissi amoris memoriam non ha
beret. Quis fauis toxica quis caenum fontibus clandestinus
susurratur admiscuit. Aut forte quod fuerat de affectione
subreptum ad iudicium ret tulistis. Sed ego occupare uos pagi
narum promulgatione non differo ut ad usum ueterem cessan
tibus promisse dignationis stimulis uel garrulitatis meae
prouocati fruge redeatis. Domine mihi obsequium salutationis
plena humilitate persoluens indico me uestris cupidum esse
aspectibus praesentari si tamen faciendum perpensis quae uobis
cordi esse non dubito rescribatis.

UERSUS MISSI AGNELLO UIRO SUBLIMI EXTEMPORE

Lucidum tinxit maculante fuco
Quisquis affectum ferit inde linguam
Iudicis cristi facibus perustam
Ore sepultus
Scindit urguens foedus omne fraude uiuax perpeti.
Aegre portans quicquid ardo flagitat serenior
Linque quaeso amice mores plebe dignus ultima
Sanguinis callem secutus serua quod de pectus es

ENNODIUS AGNELLO

Ante imperium diligentiae uestrae ualitudinem suam
iniuncta tenuerint. Nam necubi haec darentur uel legenda uel trans
scribenda praemonitus obuias poscentibus manus opposui. Nunc
uictus tui caritate transmisi faciens meum pudorem infectione
esse si relegas in profligatione maxima sternens scribas.

Uincula soluit amor quae quondam nexuit alter
Non nisi per legem cedit lex prisca sequentem

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Koninklijke Bibliotheek van België
Bibliothèque royale de Belgique
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Koninklijke Bibliotheek van België / Bibliothèque royale de Belgique
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/kbr_ms9845-48/0264